

CAPUT II.

De Ministro Sacramentorum.

DUBIUM I.

Quid requiratur ut Minister det valide Sacramentum.

13. *Ad valorem sacramenti requiritur potestas et intentio ministri.* — 14. *Utrum in ministro requiratur etiam attentio.* — 15. *Quotupliciter potest esse intentio.* — 16. *Non sufficit in ministro intentio habitualis vel interpretativa.* — 17. *Non requiritur actualis.* — 18. *Sufficit virtualis.* — 19. *An sufficiat intentio coacta; vel cum errore circa personam suscipientem.* — 20. *An ad validitatem sacramentorum requiritur intentio interna ministri.* Et 1^o. *An sufficiat sola intentio faciendi actionem externam.* — 21. 2^o. *An requiratur intentio explicita conficiendi sacramentum aut producendi effectum sacramenti.* Et an, celebrandi ritum externum uti sacram. — 23. *An minister debeat habere intentionem faciendi ritum sacram quem intendit Ecclesia.* — 24. *Si minister habeat duas intentiones contrarias, quaenam debeat praevalere.* — 25. *Vide resolutiones Busenbai.* — 26. *An sit validum sacramentum collatum sub conditione.* — 27. *An sit licitum conferre sub conditione sacramenta characterem imprimentia.* — 28. *An etiam alia sacramenta.* — 29. *An in extrema necessitate proximi minister possit et teneatur ministrare sacramentum, quando materia est dubia.*

Ad valorem sacramenti requiritur intentio ministri.

13. — « Resp. Ad valorem sacramenti, in ministro, non fides vel probitas, sed praeter potestatem (et jurisdictionem in quibusdam), requiritur intentio seu voluntas saltem virtualis et absoluta, vel huic aequivalens, faciendi non tantum externum illum actum, sed sacramentum, vel saltem id quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit. — Est communis ex Tridentino¹.

« Ratio prioris partis est, quia sacramenta operantur, non ex dispositione ministri, sed virtute divina, secundum institutionem et meritum Christi. — Ratio posterioris, quia ad confectionem sacramenti requiritur talis intentio quae actionem determinet ad esse sacramentale, tollatque indifferentiam verborum et actionum; talis autem non est intentio solius actionis externae, quae ad alios fines, v. gr. ad ludum potest referri ».

14. — Quaeritur 1^o. *An in ministro sacramentorum, praeter intentionem, requiratur etiam attentio, ut valide ea conferat.*

Affirmat Lacroix². Alias (ut ait) confectione sacramenti non esset actio humana,

humano modo exhibita. — Ex qua opinione, si probabilis esset, inferretur utique quod minister voluntarie se distrahens non conferret sacramentum.

Sed hoc non videtur posse subsistere. Et ideo ipse Croix³ fatetur vix fieri posse ut per distractionem sacramentum invalidetur, quia semper permanet attentio virtualis, nisi distractio sit totalis. — Haec igitur opinio minime probabilis mihi videtur. Nec eam inveni ab alio auctore traditam; omnes enim dicunt ad valorem sacramenti, praeter materiam et formam, nihil aliud requiri quam intentionem ministri, ut definitum fuit a conciliis (prout infra referemus n. 23, v. Prob. I). Nec officit dicere non esse actionem humanam illam quae fit sine attentione. Nam licet, ut homo humano modo operetur, requiratur ut ad finem operis quod intendit facere attendat; non tamen requiritur ut cum opus exsequitur actualiter attendat.

— Si autem necessario haec attentio requireretur, nec etiam consequenter sufficeret, ut non recte supponit Croix⁴, attentio virtualis. Nam, juxta dicta Lib. IV,

Haec opinio, improbabilis.

Croix requirit etiam attentio.

¹ Sess. 7, de Sacr. i. g., can. 11. — ² Lib. 6, part. 1, n. 84.

— ³ Lib. 6, part. 1, n. 85.

14. — ^a) Quin etiam Croix, loc. cit., n. 84, expresse dicit: « Ad hoc sufficit attentio virtualis »,

n. 177, v. Ratio 2^a, haec attentio virtualis non datur nec potest intelligi; quia, cum attentio sit actus intellectus considerantis id quod homo agit, necessario importat ut intellectus actu advertat: unde sicut non potest dici quod intellectus virtualiter considerat quod non considerat, ita nequit dici hominem virtualiter attendere, quando actu non attendit, sed alio est distractus.

Hinc optime docet doctissimus Pater Suarez¹, quod minister, etsi distractus, vere conficit sacramentum: *Nam (ut ait).. actio ejus simpliciter est humana et libera, et procedit aliquo modo a priori intentione.*

Utrum autem peccet graviter minister voluntarie se distrahens in confectione sacramenti?

Omnis dicunt peccare saltem venialiter. Et Contin. Tournely^b dubitat quin etiam peccet mortaliter; sed probabiliter hoc negat Croix^c cum Gobat et communi: nisi esset periculum errandi in formis praesertim longioribus. — In confectione tamen Eucharistiae, voluntariam distractionem mortalem esse probabiliter dicunt Concina^d et Tamburinius^e, contra Croix^f et Mazzotta^g, qui tenent probabile esse quod sit tantum venialis. Ratio, quia distractio in tali sacramento videtur non carere gravi irreverentia.

15. — Quaeritur 2^o. *Quotupliciter potest esse intentio?* — Intentio potest esse vel *actualis*, vel *habitualis*, vel *interpretativa*, vel *virtualis*.

Actualis est, cum quis actu intendit sacramentum confidere. — *Habitualis* est, cum quis habuit antecedenter *actualem*, et non revocavit, sed de illa non amplius cogitat, nec ea in aliquo effectu permanet.

¹ Disp. 13, sect. 3, v. *Dico 1.* — ² Lib. 6, part. 1, n. 85. — *Gobat*, Experim., tr. 2, num. 202; et tr. 1, num. 97. — ³ Lib. 3, de Euchar., dissert. 2, de Sacram. Miss., cap. 10, num. 13. — ⁴ Lib. 6, part. 2, num. 443. — ⁵ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 4. — ⁶ Disp. 18, sect. 3, v. *Dico 1* et 2. — ⁷ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 2, concl. 1. — ⁸ Lib. 1, de Sacram. i. g., cap. 11, § 5, n. 4. — ⁹ De Sacram. i. g., n. 22. — ¹⁰ De Sacram. i. g., qu. 1, art. 4, n. 6, v. *Dico 3.* — ¹¹ Lib. 6, part. 1,

— *Interpretativa* est, cum quis nullam habet nec habuit intentionem *actualem*, sed ita est dispositus, ut si adverteret haberet. — *Virtualis* demum est, cum quis, licet hic et nunc non intendat *actualiter* confidere sacramentum, agit tamen virtute *actualis* intentionis habitae: prout si quis habens intentionem sacramentum Eucharistiae confidiendi, audeat ecclesiam, dicat Missam et consecrat.

His positis:

16. — Dicendum 1^o. Ad confidenda et conferenda sacramenta, non sufficere in ministro intentionem *habitualis* aut *interpretativam*. — Hoc ut certum communiter docent Suarez^h, Contin. Tournelyⁱ, Concina^j, Holzmann^k, Viva^l, Croix^m, Salmant.ⁿ et alii passim. Ratio, quia hujusmodi intentiones non faciunt ut actio sit elicita humano modo, ut requiritur in ministro, a quo procedunt sacramenta tamquam a causa operante.

17. — Dicendum 2^o. Non requiri in ministro intentionem *actualem*. — Id etiam certum est apud omnes cum S. Thoma^o. Ratio S. Doctoris: *Sed hoc (scilicet actualiter attendere) non est totaliter positum in hominis potestate, quia praeter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare.*

18. — Dicendum 3^o. Sufficere ut minister habeat intentionem *virtualis*; quia per hanc ille vere operatur humano modo, cum talis intentio sit vera causa actionis. — Idque pariter commune et certum est cum Suarez^p, [Contin.] Tournely^q, Concina^r, Lugo^s, Wigandt^t, Holzmann^u, Salmant.^v, Roncaglia^w et aliis, ex D. Thoma^x, ubi sic docet: *Licet ille qui aliud*

¹² n. 56 et 57. — ¹³ Tr. 1, cap. 7, n. 42 (de habituali intentione). — ¹⁴ 3 P., qu. 64, art. 8, ad 3. — ¹⁵ Disp. 13, sect. 3, § *Dico 2*, v. *Altera pars.* — ¹⁶ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 2, concl. 2. — ¹⁷ Lib. 1, de Sacram. i. g., cap. 11, § 5, n. 4. — ¹⁸ De Sacram. i. g., disp. 8, num. 74. — ¹⁹ Tr. 11, exam. 4, n. 32, v. *Resp. 3.* — ²⁰ De Sacram. in gen., num. 22, v. *Resp. 2.* — ²¹ Tr. 1, cap. 7, num. 42. — ²² Tr. 16, cap. 4, qu. 3. — ²³ 3 P., qu. 64, art. 8, ad 3.

^b) Contin. Tournely, *de Sacram. i. g.*, cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 2, concl. 2, v. *Collig. 1^o*, veniale saltem esse affirmat, et subdit: «Quin et culpam hanc satius fuerit habere pro gravi ad minus dubia».

^c) Tamburinius, *Methodus celebr. Miss.*, lib. 2, cap. 3, n. 9: «Si sacerdos, inquit, per notable tempus voluntarie distractus, eas Missae partes, quae canonem continent, recitat seu peragat, peccabit mortaliter».

Habitualis aut interpretativa non sufficit.

Actualis non requiriatur.

Sufficit virtualis.

Error circa personam non invalidat.

cogitat, non habeat *actualem intentionem*, *habet tamen... habitualem, quae sufficit ad perfectionem sacramenti*. Pro intentione autem *habituali*, S. Doctor hic sine dubio intelligit *virtualis*; nam immediate post sic subdit: *Puta, cum sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum quod facit Ecclesia; unde si postea in ipso exercitio actus cogitatio ejus ad alia rapiatur, ex virtute (nota) primae intentionis perficitur sacramen-*

tum. Hinc recte dicunt Viva^a, et Croix¹ cum Abelly^b, Gamachaeo^b et Mauro^a, quod minister qui de more ponit actiones requisitas ad sacramentum, nisi debitam intentionem positive excludat, imprudenter de ea dubitat; quia saltem vult facere quod alias solet et quod alii ministri faciunt. Adde: quia per hoc quod cognoscit actionem illam esse sacram, et frustra non poni, exercite intendit eam ponere juxta finem suum; ut Viva, et Croix² cum Vasquez. — Quare advertunt Bellarminus, Herincx, Croix et Viva³, non esse opus ut minister ore vel corde reflexe dicat intendere confidere sacramentum, sed sufficere ut sit animo praesens, et attente faciat id quod facit.

19. — Sufficit etiam intentio ministri *coacta*, sive *metu extorta*, praeterquam in Matrimonio, ut recte dicunt Croix⁴ et Lugo^a; quia metus non tollit voluntarium: sicque definitum refert Lugo^a ex concilio Toletano IV. — Ita pariter non invalidat sacramentum (excepto Matrimonio) *error ministri circa personam sufficit*.

¹ Lib. 6, part. 1, num. 59. — ² Viva, *de Sacram. in genere*, qu. 1, art. 4, num. 6, v. *Hinc.* — ³ Loc. cit., num. 59. — ⁴ Vasq., disp. 138, cap. 3, num. 33. — ⁵ Bellarm., *de Sacram. in genere*, lib. 1, cap. 27, v. *Tertio non requiriatur.* — ⁶ Herincx, disp. 3, num. 31, in fine. — ⁷ Croix, loc. cit., n. 59. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit., n. 60. — ¹⁰ Disp. 13,

scipientis, nempe si minister putans absolvire Petrum, absolvat Paulum; ut cum communi docent Suarez^b et Lugo^c. Modo tamen minister non alliget suam intentionem ad aliam personam determinatam: quod ordinarie non evenit nisi in Matrimonio.

20. — Quaeritur 3^o. *An ad validitatem sacramentorum requiratur intentio interna ministri?*

Dicendum 1^o. Non sufficere solam intentionem faciendi actionem externam, sed requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia. — Hoc est de fide; contra Lutherum, qui dicebat sufficere solam intentionem ponendi ritum exteriorum, etsi joco peractum. Ita ex Tridentino^d, ubi habetur: *Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia: anathema sit.* Item^e habetur: *Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum judiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum, aut sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit non requiri confessionem poenitentis, ut sacerdos eum absolvere possit: anathema sit.* Idem habetur in decreto fidei concilii Florentini sub Eugenio IV, ubi dicitur: *Omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.* Idem declaratum fuit

¹¹ sect. 3, v. f., v. *Sed quaeres.* — ¹² De Sacr. i. g., disp. 8, n. 114. — ¹³ Luther., *de Captivit. Babylon.*, *de Sacr. Baptismi*, paulo post init., v. *Hanc sententiam ego.* — ¹⁴ Sess. 7, *de Sacram. i. g.*, can. 11. — ¹⁵ Sess. 14, *de Poenit.*, can. 9. — ¹⁶ Concil. Florent., *decreta ad Armenos*, § *Quinto ecclesiastorum*, v. f.; cfr. Labbe, tom. 18, col. 547.

ut minister apud se velit hic et nunc fungi officio suo, vel id facere quod solent alii sacerdotes; et ita tenent Abelly, *part. 2, tr. 1, cap. 1, sect. 8, n. 4*; et Gamachaeus, *in 3 P.*, qu. 64, cap. 3, v. *Secundo notandum.*

19. — ^a) Lugo, *de Sacram. i. g.*, disp. 9, n. 131, id asserti de ipso suscipiente sacramentum; quod definitum esse ait de Baptismo in concil. Tolet. IV, anno 633 celebrato, *can. 57*; quod ab Innocentio III, in *cap. Majores 3, de baptismō*, confirmatum est.

in concilio Constantiensi¹, ubi praescriptum fuit: Ut suspectus de haeresi interrogetur an credit quod malus sacerdos, cum debita materia et forma, et cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere conficiat et vere conferat sacramenta?

Ratio doctrinae hujus est, quia actio ministri debet ad ministerium referri; actio autem joco facta non refertur ad ministerium sacram, sed tantum ad irrationem. — Lutherus dicebat sufficere actionem jocosam, eo quod ipsa adhuc satis erat ad fidem excitandam. Sed hoc principium patet esse falsum: nam in pueris nequit fides excitari, et tamen jam ipsi capaces sunt Baptismi.

21. — Dicendum 2^o. Non requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia Romana; sed sufficere intentionem faciendi quod facit vera Ecclesia a Christo instituta. — Id pariter certum est; quia baptizati ab haereticis, qui Ecclesiam Romanam non credunt esse veram Ecclesiam, nequaquam sunt rebaptizandi. Hic tamen bene advertit Silvius²: *Si autem nollet facere quod Ecclesia Romana facit, etiamsi esset vera Christi Ecclesia... sacramentum non subsistit; quia revera non habet intentionem faciendi quod Christus instituit.*

22. — Dicendum 3^o. Non requiri ad valorem sacramenti intentionem explicitam confiendi sacramentum aut producendi effectum sacramenti; sed sufficere intentionem peragendi ritum qui ab Ecclesia habetur pro sacro. — Ratio, quia (ut supra dictum est) sufficit intentio faciendi quod facit Ecclesia. Ita communiter Suarez³, Tournely⁴ et ejus Continuator⁵, Concina⁶, Viva⁷ et alii omnes, ex D. Thoma⁸, ubi docet valide conferri Baptismum, *quamvis ille qui non credit Baptismum esse sacramentum, aut habere aliquam spiritualem virtutem, non intendat, dum*

¹ Sess. ult.; cfr. Labbe, tom. 16, col. 761. — ² In 3 P., qu. 64, art. 8, concl. 6, ad 8, in fine. — ³ In 3 P., qu. 64, art. 8, in Comment., num. 2. — ⁴ Praelect., de Sacram. in genere, qu. 7, art. 1, concl. 2. — ⁵ De Sacramentis in genere, cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 1, concl. 2. —

baptizat, conferre sacramentum; tamen intendit facere... quod facit Ecclesia, etsi illud reputet nihil esse. Et quia Ecclesia aliquid facit, ideo ex consequenti et implicite intendit aliquid facere, quamvis non explicite.

Recte vero advertunt Contin. Tournely⁹, Roncaglia¹⁰ cum Bonacina¹¹, etc., quod si quis unquam crederet sacramentum non confici, nisi habeatur intentio explicita confiendi sacramentum, et hanc intentionem non haberet, nullum conficit sacramentum; quia tunc non intendit facere quod facit Ecclesia.

Item advertendum quod, licet valeat sacramentum, etiamsi minister non habeat explicitam intentionem conferendi sacramentum vel ejus effectum (modo, ut diximus, intendat facere quod facit Ecclesia, quia tunc implicite habet intentionem conferendi sacramentum, ut vidimus mox supra ex D. Thoma): — si tamen intentionem positive contrariam habeat non conferendi sacramentum, tunc non confert sacramentum; quia revera tunc non habet intentionem neque explicitam neque implicitam faciendi quod facit Ecclesia, ut docet D. Thomas¹⁰, ubi ait: *Intentio ministri potest perverti duplicitate: uno modo, respectu ipsius sacramenti, puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere; et talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, praecipue quando suam intentionem exterius manifestat.* Nota verbum *praecipue*; ergo si tantum interius derisorie agit, nec etiam confert sacramentum. Idque confirmat idem S. Doctor¹¹, ubi: *Intentio ludicra (non actio ludicra) vel jocosa excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur sacramentum.*

Praeterea non requiritur intentio explica celebendi ritum externum, ut for-

limitatio-
nes.

Non requi-
ritur inten-
tio faciendi
ritum ut
sacrum.

maliter et absolute sacram. — Hoc patet: nam alias Baptismus collatus a paganis, qui sacramenta ignorant aut irrident, esset nullus; sed Nicolaus I, cum consultus fuisse a Bulgaris de valore Baptismi collati a Judaeo vel pagano, respondit esse validum, si collatus fuerit cum vera materia et forma. Valet enim talis Baptismus ob intentionem generalem faciendi quod audierit Judaeus vel paganus fieri ab Ecclesia Christi. Ita in can. *A quodam, dist. 4, de consecr.*

23. — Hic autem occurrit magna illa Quaestio olim excitata, ut ferunt, ab Ambrosio Catharino, et nostris temporibus valde agitata, nempe: *An ad validitatem sacramenti requiratur ut minister habeat intentionem faciendi ritum sacram quem intendit Ecclesia?*

Prima sententia negat. Duplicem enim distinguit intentionem: unam, faciendi solum actum externum quem facit Ecclesia, et hanc dicit esse necessariam; alteram, faciendi actum externum non simpliciter, sed ut sacram sive sacramentale, quem Christus instituit et Ecclesia intendit, hancque tuerit non requiri. — Haec sententia plures quidem insignis nominis patronos habet, et praecipue Jueninum, Contensonum, Magistrum Serry, Genettum¹², Patrem Milante¹³; eamque non obscurè videtur etiam tradidisse Pater Salmeron¹⁴, ubi dixit: *Advertendum duplicitem ponit intentionem ministri conferentis sacramentum: alteram quidem publicam, et Ecclesiae ipsius, cuius ministerio perfunditur... Haec autem intentio satis exprimitur in ipsis sacramentorum formis...*

Catharin., in op. De Intentione ministri Sacramentorum. — Juen., Comment. de Sacram., dissert. 1, qu. 5, cap. 2, art. 3, § 5. — Contens., Theol. mentis et cord., lib. 11, part. 1, dissert. 2, § 2. — Serry, Praelect., Vindiciae vindicari., cap. 5. — Lib. 1, Comment. in epist. B. Pauli, part. 3, disp. 2, §. *Sed hic in primis.* — ¹ De Sacram. i. g., lib. 1, cap. 27, v. *Ad hanc.* — ² De Sacram. i. g., disp. 8, n. 14. — ³ Praelect., de Sacram. i. g., qu. 7, art. 1, §. *De sententia Catharini.* — ⁴ Lib. 1, de Sacram. i. g., cap. 11, § 2, n. 8. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit., n. 15 et seqq. — ⁷ In 3 P., disp. 138, cap. 3, n. 34. — ⁸ Loc. cit., qu. 7, art. 1, concl. 1. — ⁹ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 1, concl. 3. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 1, de Sacram. i. g., cap. 5, qu. 2. — ¹¹ Loc. cit., cap. 11, § 8, propos., et n. 5, et passim. — ¹² Lib. 6, part. 1, n. 54. — ¹³ De Sacram. i. g., qu. 1, art. 4, n. 6, v. *Dico primo.* — ¹⁴ De Sacram., cap. 2, qu. 1, Resp. — ¹⁵ Tr. 1, cap. 7, n. 26. — *Suar.*, disp. 13, sect. 2, v. *Dicendum.* — ¹⁶ Bonac., disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 6 et 8. — ¹⁷ Lib. 7, cap. 4, n. 9. — ¹⁸ Sess. 7, de Sacram. i. g., cap. 11.

mentum». Cum quibus consentit Bonacina, disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 9.

23. — ^{a)} Genettus de hac opinione nullam (quod sciām) mentionem facit; immo eam excludere videtur, tr. 1, de Sacram. i. g., cap. 4,

Intendit enim Ecclesia.... per ejusmodi verba, baptizare, absolvere, etc. Haec autem intentio inseparabilis est ab ipsis verbis, si integre, ut debent, proferantur. — Hujus autem sententiae Bellarminus² et Lugo³ auctorem faciunt praefatum Ambrosium Catharinum. Sed Tournely⁴ et Pater Concina⁵ quaerunt vindicare Catharinum, dicentes tantum ipsum voluisse non requiri intentionem quae respicit effectum sacramenti, vel ritum externum prout sacram ab Ecclesia celebratum. — Sed quidquid sit de hoc, ratio hujus sententiae est, quia ex Tridentino non requiritur in ministro intentio faciendi quod Ecclesia intendit, sed tantum faciendi quod facit Ecclesia; et ideo sufficit ut minister serio applicet materiae debitam formam, ut facit Ecclesia.

Secunda vero sententia, communis et sequenda, affirmat omnino requiri intentionem ministri faciendi ritum sacramentale quem intendit Ecclesia. — Hanc tenent Bellarminus⁶, ubi ait oppositam non differre ab errore novatorum; Lugo⁷, ubi dicit eam ab omnibus meritissime rejici, et saltem non multum distare ab errore haereticorum; Vasquez⁸, qui contraria vocat damnatam. Item Tournely⁹ et ejus Continuator¹⁰, Petrocorensis¹¹, Concinna¹², Croix¹³, Viva¹⁴, Antoine¹⁵; Salmant.¹⁶ cum Suarez, Bonacina et aliis. Et hanc sententiam tuerit etiam noster SS. P. Benedictus XIV, in suo aureo libro de *Synodo*¹⁷.

Probatur 1^o. Ex Tridentino¹⁸, ubi requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia. Ergo non sufficit intentio tantum

Non suffi-
cit; sed re-
quiritur in-
tentio fa-
ciendi ri-
tum quem
intendit Ec-
clesia.

22. — ^{a)} Roncaglia, tr. 16, cap. 4, qu. 3, loquens de eo qui intendit facere quod Christus instituit, sed non quod facit Ecclesia Romana, negat illum confidere sacramentum,

« si diceret: Non intendo facere sacramentum, si debeo meam intentionem conformare Ecclesiae Romanae; nam tunc non verificatur conditio, sub qua intendit facere sacra-

serio applicandi formam materiae, ut facit Ecclesia; reipsa enim haec intentio, dum actio externa ponitur, est ab actione inseparabilis (ut dixit Pater Salmeron¹), sed ultra requiritur intentio faciens ritum sacramentale quem facit Ecclesia: alias tam concilium Tridentinum quam Constantiense frustra, praeter materiam et formam, requisivissent intentionem ministri faciens quod facit Ecclesia.

Probatur 2º. Ex eodem Tridentino², ubi dicitur nullam esse absolutionem sacramentalem, si *sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit*. Ergo, ultra externam actionem serio positam, requiritur intentio interna vere absolvendi.

Probatur 3º et fortius, ex proposit. 28 damnata ab Alexandro VIII, quae dicebat: *Valet Baptismus collatus a ministro qui omnem ritum exterrum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: Non intendo facere quod facit Ecclesia*. Nota verba: *intus vero*: ergo damnavit Pontifex opinionem non requiri intentionem internam faciens quod facit Ecclesia. — Reponunt adversarii, et praecipue Pater Milante, propositionem praefatam ideo fuisse damnatam, quia comprehendebat omnem ritum, sive serio sive joco peractum. Sed responderetur 1º nullum in propositione verbum fieri de administratione jocosa. Respondetur 2º quod superflua quidem fuisse haec damnatio, si sola administratione jocosa fuisse reprobata; haec enim jamdudum a Tridentino proscripta fuit. Nec tempore hujus damnationis aliquis erat qui errorem Lutheri renovaverit; nam, ut referunt Vanroy³, Aurelius Piette⁴ et Henno⁵, thesis proscripta fuit decerpta ex thesibus

¹ Lib. 1, Comment. in epist. B. Pauli, part. 3, disp. 2, post med. — ² Sess. 14, de Poenit. sacram., cap. 6. — ³ Milante, exercit. 18 in propos. 28 Alex. VIII, v. *At bona ventia*. — ⁴ Trident., loc. cit., can. 9. — ⁵ De Synodo, lib. 7, cap. 4, n. 8. — ⁶ 3 P., qu. 64, art. 8. — ⁷ Lib. 1, de Sacram. i. g.,

Farvacquesii, qui sententiam de externa intentione, exclusa jocosa administratione, acriter propugnarat. — Hinc dicendum cum Summo Pontifice Benedicto XIV⁸, saltem grave vulnus ex praefata propositione damnata inflictum fuisse sententiae Catharini.

Probatur 4º. Ratione, qua evincitur necessariam esse intentionem internam ministri ad conferendum sacramentum. Ut enim habetur ex D. Thoma⁹, quae in sacramentis aguntur ad plura referri possunt, prout ablution in Baptismo referri potest ad munditiam corporalem et spiritualem; ideo oportet ut per intentionem ablutionis referatur et determinetur ad unum, id est ad effectum sacramentalem sive ad ablutionem spiritualem. — Hic autem nolumus immorari ad discutiendos plures textus D. Thomae, in quibus obscure locutus est: pro quorum solutione adi Patrem Concina⁵ et Contin. Tournely⁶. Sed S. Doctor⁷ clare docuit, ultra ritum externum omnino requiri internam intentionem, dicens: *Requiritur etiam in quolibet sacramento persona ministri conferenti sacramentum cum intentione conferendi et faciendo quod facit Ecclesia; quorum trium si aliquid desit, id est si non sit debita forma verborum, et si non sit debita materia, et si minister sacramenti non intendat sacramentum confidere, non perficitur sacramentum*.

Idque maxime confirmatur auctoritate Summi Pontificis Benedicti XIV, in sua Instructione ad Vicesgerentem data Romae die 28 Febr. 1747 (inserta in suo Bullar., n. 28, tom. 2). — Ibi⁸ reprobat opinionem Cajetani et Sotii⁹, qui volebant sufficere in suscipiente Baptismum voluntate neutralem, nempe non consentientem neque repugnantem. Et declarat, ex mente Innocentii III in cap. *Majores, de baptismo*, quod sacramentum Baptismatis tunc effectum habet, quando quis vel actu praebet, vel jam antea praebuit voluntatem; et si neque consentit neque dissentit, licet externe compositus, nequit baptizari, si nunquam antea habuit voluntatem suscipiendo Baptismum. — Hoc posito, nempe quod in subiecto necessario requiritur intentio suscipiendo sacramentum, deinde transit Pontifex ad intentionem requisitam in ministro; et mentionem faciens de opinione Catharini, dicit: *Haec... opinio (nempe Cajetani) minus habet difficultatis, cum non de conferente agatur, sed de accipiente Baptismum*. Ergo tanto magis in conferente, ultra compositionem externam interna requiritur intentio. — Tandem, quamvis sententia opposita esset probabilis, nulli dubium (ut ait Pontifex Benedictus XIV¹⁰) eam non posse in proxim adduci, ex proposit. 1 damnata ab Innocentio XI, ubi declaratum fuit, in conferendis sacramentis illicitum esse sequi opinionem probabilem, relicta tutiore. — Hinc recte docet praefatus Pontifex quod si constet, quempiam Baptismum aut aliud sacramentum initerabile administrasse, omni adhibito externo ritu, sed intentione retenta, aut cum deliberata voluntate non

tatem neutralem, nempe non consentientem neque repugnantem. Et declarat, ex mente Innocentii III in cap. *Majores, de baptismo*, quod sacramentum Baptismatis tunc effectum habet, quando quis vel actu praebet, vel jam antea praebuit voluntatem; et si neque consentit neque dissentit, licet externe compositus, nequit baptizari, si nunquam antea habuit voluntatem suscipiendo Baptismum. — Hoc posito, nempe quod in subiecto necessario requiritur intentio suscipiendo sacramentum, deinde transit Pontifex ad intentionem requisitam in ministro; et mentionem faciens de opinione Catharini, dicit: *Haec... opinio (nempe Cajetani) minus habet difficultatis, cum non de conferente agatur, sed de accipiente Baptismum*. Ergo tanto magis in conferente, ultra compositionem externam interna requiritur intentio. — Tandem, quamvis sententia opposita esset probabilis, nulli dubium (ut ait Pontifex Benedictus XIV¹⁰) eam non posse in proxim adduci, ex proposit. 1 damnata ab Innocentio XI, ubi declaratum fuit, in conferendis sacramentis illicitum esse sequi opinionem probabilem, relicta tutiore. — Hinc recte docet praefatus Pontifex quod si constet, quempiam Baptismum aut aliud sacramentum initerabile administrasse, omni adhibito externo ritu, sed intentione retenta, aut cum deliberata voluntate non

¹ De Synodo, lib. 7, cap. 4, num. 9. — ² De Sacram. in gen., qu. 1, art. 4, num. 9. — ³ De Sacram. in gen., disp. 8, num. 120 et seqq. — ⁴ Loc. cit., num. 128 et seqq., et num. 136. — ⁵ De Matrim., lib. 2, disp. 29, num. 11.

faciendi quod facit Ecclesia, urgente necessitate, erit sacramentum iterum sub conditione perficiendum; si tamen res moram patiatur, Sedis Apostolicae oraculum erit exquirendum.

24. — Quaeritur 4º. *Si minister habeat duas intentiones contrarias, quaenam debet praevalere?*

Resp. 1º. Si voluntates istae sint simul, praevalet praedominans; nempe, quae eligeretur cognita incompossibilitate. — Resp. 2º. Si inter voluntates contrarias una succedit alteri, posterior valet: nisi prior revocaverit (saltet virtualiter) omnem voluntatem subsequentem; tunc enim prior voluntas, modo expresse non revocetur, certe praevalet. — In his autem, si adhuc remanet dubium, dubius erit valor sacramenti^a. Nam, ut valor sacramenti tanquam certus habeatur, requiritur (et sufficit) praesumptio, quae sit moraliter certa, excludens omnem oppositam formidinem. — Ita Viva², Lugo³, et Croix⁴ cum Bosco⁵, Pallavicino⁶, Dicastillo⁷, etc.

Si quis autem contraheret matrimonium, intendens illud esse solubile, tali animo, quod si sciret esse insolubile, non contraheret, tunc nullum esset matrimonium; ut recte docent Lugo⁸, Sanchez⁹, Croix¹⁰ cum Perez, Coninck, etc. — Et idem dicunt Bellarminus^c, Vasquez^c et

Cfr. lib. 5, disp. 9, num. 3; et disp. 12, n. 3. — ⁶ Lib. 6, part. 1, num. 72. — Perez, de Matrim., disp. 20, sect. 2, num. 8. — Coninck, de Matrim., disp. 24, dub. 4, num. 37 et seqq.

— ^a) Lugo praetermittit casum quo dubium perseveraret.

^b) Croix, lib. 6, part. 1, n. 69, ait praevalere intentionem illam, «quae magis appetiat, et secundum praesentem comparationem animi simpliciter praefert suum objectum; illa autem... [est], quae est absoluta seu universalior et saltet virtualiter reflexiva supra alteram, cui quasi derogat». Quidsi vero utraque aequalis fuerit, nullum fieri sacramentum; et ibi citat Dicastillum: deinde Croix addit: «Si tamen una intentionum contrariarum et aequalium habitualiter tantum exsistet, altera actu exsistens imperaret confectionem sacramenti, haec praevaleret».

Et iterum citat Dicastillum, qui revera haec habet, tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 3, dub. 8, n. 173 et seq. — Denique Croix allegat Pal-

Siduae sint voluntates contrarie simul, valet praedominans. Alias, valet posterior, nisi prior revocaverit.

In dubio, dubium sacramentum.

Quid de intendente matrimonium esse solubile.

tiam ab Alexandro VIII damnata fuisse; quamnam vero sententiam ipse amplexatur, Milante non exponit, sed § His ergo dumtaxat, scribit: «Meam autem sententiam circa externam ministri intentionem alibi Deo dante exponam».

^b) Vanroy, Theol. mor., de Sacram. i. g., cap. 4, qu. 4; Piette, Theol., tom. 5, cap. 4,

qu. 4; Henno, de Sacram. i. g., disp. 4, qu. 2, art. 2, concl., non nominant Farvacquesium, quamvis revera auctor iste in suo Opusc. de Sacram. i. g., cap. 6, qu. 3, thesim damnata propugnet.

^c) Seu rectius: Reprobatur opinionem Cajetani, cui «vehementissime adversatur» etiam Sotius, in 4, dist. 5, art. 7, propos. 3.

lavicum et Bosco, non tamquam praesenti asserto patrocinantes, sed tamquam de hoc argumento tractantes, et ait: «Vide Pallav. [scil. Assert. theol., lib. 6, cap. 11, n. 131, 135 et seqq.].... et Bosco, [de Sacram., disp. 1, sect. 7], n. 84».

^c) Croix auctores istos citat pro sola adjecta ratione, scilicet matrimonium etiam infideliū indissolubile esse de jure naturali: quod revera tenent Vasquez, de Matrim., disp. 2, cap. 7, n. 69; Dicastillus, de Matrim., disp. 2, dub. 28, n. 349; et si dub. 4, n. 19 et 20, concordat quoad totam doctrinam hic traditam. — Bellarminus denique, de Matrim., cap. 12, (uti citat Dicastillus), de infidelium matrimoniis scribit: «Etsi rata sint et firma ex natura sua, tamen sacramenta non sunt, et ideo deest illis potissima ratio insolubilitatis».

Dicastillus^{c)} cum aliis, apud Croix^{c)}, de infidi qui sic contraheret. Ratio, quia matrimonium de sua natura est indissolubile; unde qui sic contraheret, apponere conditionem contra substantiam matrimonii, ac ideo illud invalidantem, juxta cap. fin. de condition. appos. — Valide tamen contraheret, ut ait Lugo¹ cum Suarez, si quis per errorem putaret matrimonium esse solubile; quia error privatus non tollit ei intentionem generalem contrahendi modo quo debet.

25. — « DIXI I^o. Saltem virtualis. Tum quia non sufficit interpretativa vel habitationis (qualis etiam potest esse in ebrio et dormiente); cum actus ab ea procedens non sit humanus et deliberatus, seu liber in se. Tum quia actualis, qua scilicet actu intendit et vis hoc facere, etsi melior sit et consulta, non tamen requiritur; cum enim ea non sit in nostra potestate, et homo facile distrahat, nimis durum et plenum scrupulis fuisse, si hanc Christus requisivisset. — Virtualis autem dicitur quae ex actuali praecedente reicta durat in aliqua actione, vi illius incepta et continuata: ut si

¹ De Sacr. i. g., disp. 8, n. 132 et seqq. — Suar., de Relig., tr. 6, lib. 1, cap. 3, n. 9. — ² Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 11 et seqq. — ³ Loc. cit., n. 12, v. Dico 3. — Suar., de Sacram.,

« ex intentione baptizandi vel celebrandi vadas ad ecclesiam, sacras vestes induas, ad altare vel baptisterium accedas, etsi interim omnia alia cogites. Ratio, quia hoc sufficit ut actio illa sit humana et moralis. — Laymann².

Unde resolves:

« 1^o. Si sacerdos, habens forte ante se panem, recitet factum et verba Christi, non ideo consecrat.

« 2^o. Impotens rationis, ebrius vel somnians non conficit sacramentum, etiamsi ante ebrietatem vel somnum id intendit; quia non agit humano modo. — Laymann³. — [Ita communiter Suarez, Vasquez, Coninck, etc., apud Croix⁴; contra ^{a)} Cabrera].

« 3^o. S. Athanasius in lusu puerili vere baptizavit; quia intendit facere quod viderat in templo fieri ab episcopo.

« 4^o. Haereticus valide baptizat et contrahit Matrimonium, etsi non credit hoc esse sacramentum, rideat et contemnat: immo etsi nolit facere quod facit Ecclesia Romana, sed quod sua; falso putans non Romanam, sed suam esse veram^{b)}; etsi etiam per hoc nolit conferri gratiam.

disp. 18, sect. 3, v. Dico 1. - Vasq., in 3^o Part., disp. 138, cap. 6, n. 68 et seqq. — Coninck, de Sacram., qu. 64, n. 78 et 74. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 55.

25. — ^{a)} Cabrera, qu. 64, art. 8, concl. 4, n. 35, 37 et 47, de ebrio et somniante eamdem prorsus sententiam tenet quam ceteri, quidquid asserat Croix. Cabrera enim, n. 35 scribit: « Ad conficiendum sacramentum, non sufficit habitualis intentio ministri... In praesenti materia habitualis intentio est, quando praecessit voluntas faciendi sacramentum et postea nullo modo influat in effectum seu in actionem externam, quia postea non est in memoria seu cogitatione hominis, nec per se nec per aliquem effectum seu virtutem relictam est causa talis actionis; nihilominus per eam est minister quodammodo dispositus ad sacramentum administrandum cum se obtulerit occasio, estque in dormiente». Et n. 37 probat suum dictum his verbis: « Quia habitualis intentio potest esse in dormiente, ut omnes fatentur; sed dormiens non potest confidere sacramentum, ergo». Et n. 47 objectioni respondens, ait: « Ebriosum et vino deditum et ebrietati assuetum, pro eo tempore quo non est actu ebrius, quia usum rationis et intentionem baptizandi habere potest, si baptizet, verum sacramentum confidere... Cum vero est actu ebrius, quia pro tunc caret usu

rationis et intentionem habere non potest, sacramentum confidere nequit, etiam si materiam et formam applicet, et ante ebrietatem intendenter applicare; quia illa actio ab ebrio dum est in ebrietate exercita, non est humana, cum ab eo exerceatur qui non est sui compos».

^{b)} Quoad ampliationem istam diversitas gravis interest inter editiones Bonacinae. Author iste scripserset n. 9: « Eum valide baptizare qui baptizat cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non vero faciendi quod facit Ecclesia Romana, quam ipse falso putat non esse veram Ecclesiam». Et paulo post addebat: « Secus dicendum est, si intendat facere quod faciunt Calvinistae, et non quod facit Ecclesia Romana, quam excludit credens Romanam Ecclesiam esse veram; Calvinistam vero esse falsam: hic enim non valide baptizat, quia non habet intentionem sufficientem, cum non intendat facere quod

Requiritur intentionis absolute.

Haereticus valide baptizat et contrahit.

¹ De Sacr. i. g., disp. 8, n. 132 et seqq. — Suar., de Relig., tr. 6, lib. 1, cap. 3, n. 9. — ² Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 11 et seqq. — ³ Loc. cit., n. 12, v. Dico 3. — Suar., de Sacram.,

« Ratio, quia intentionis generalis qua vult quod Christus instituit, praevalet intentioni provenienti ex errore privato. — Bonacina¹, Suarez, Filliuccius, etc.

« 5^o. Non debet repetere sub conditione consecrationem, qui in ipsa fuit distractus; [Vide dicta supra, n. 14] « vel qui minores hostias ad altare detulit, de quibus, majorem consecrans, non explicite cogitavit nec detexit».

26. — « DIXI II^o. Absoluta; quia conditionata suspendit effectum: quod, praeterquam in matrimonio, fieri non potest.

Unde resolves:

« 1^o. Validum est sacramentum collatum sub conditione praeterita, aut praesenti necessaria vel contingente, si conditio vere sit impleta: v. gr. Absolvo te si vis dimittere concubinam, si capax es; baptizo te si non es baptizatus. — Bonacina².

« 2^o. Nullum est sacramentum datum sub conditione futura, sive sit haec contingens (ut: Absolvo te si restitues, si dimittes concubinam, etc.); sive necessaria, adjecta animo suspendendi sacramentum (ut: Absolvo te si cras sol orientur). Bonacina³, Suarez, Coninck, etc. ». — [Contra Dicastillum⁴] et Esparza.

« 3^o. Dubium est sacramentum collatum sub conditione occulta, humano modo incognoscibili: v. gr. baptizo si es praedestinatus, si Deus videt te hoc anno moriturum.

« 4^o. Graviter peccat qui administrat sacramentum (excepto Matrimonio) sub conditione, non solum futura: quod sem-

¹ Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 7 et 9. — Suar., disp. 18, sect. 2, v. Superest ut respondeamus. — Fill., tr. 1, cap. 5, n. 75. — ² Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 18. — ³ Loc. cit., num. 19. — Suar., disp. 13, sect. 3, v. At vero. — Coninck, qu. 64, num. 78 et 81. — Esparza, Curs. theol., lib. 10, qu. 16, art. 1. — ⁴ Tr. 1, cap. 7, num. 59. — Gran., in 3 P., controv. 7, de Poenit., tr. 1, disp. 6, sect. 3, n. 20 et 21. — ⁵ Loc. cit., n. 20. — Suar., loc. cit., v. Dico 3. — Coninck, loc. cit., n. 77 et 88. — ⁶ Loc. cit., v. Dico 3. — ⁷ Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 13. — ⁸ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 3, concl. 1. — ⁹ Tr. 18, disp. un., punct. 5, n. 7. — Coninck, qu. 64, n. 77. — Bonac., disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 18. — ¹⁰ Curs. theol., part. 7, disp. 3, qu. 2, art. 3, n. 15, v. Secunda. — Herinckx, de Sacram. i. g., disp. 3, n. 41. — Arriaga, de Sacram. i. g., disp. 19, n. 37. — Bern., de Sacram. i. g., disp. 17, n. 71. — ¹¹ Lib. 6, part. 1, n. 81. — ¹² De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 3, concl. 1, v. Objiciuntur. — ¹³ De Sacram. i. g., cap. 11, § 5, n. 9. — Coninck, qu. 64, n. 88. — Aversa, de Sacram., qu. 64, sect. 3, v. Dico 3. — Dicast., tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 3, dub. 7, n. 166.

et sibi contradicat: « Secus dicendum est, si intendat facere quod faciunt Calvinistae et non quod facit Ecclesia Romana, quam excludit credens Romanam Ecclesiam esse falsam, Calvinicam vero esse veram; hic enim non valide baptizat, quia non habet intentionem sufficientem, cum non intendat facere quod

per est mortale » [Ut Salmant. ⁴ cum Granado]; « sed etiam praesenti aut praeterita; sive in se sit prorsus occulta, quod etiam est mortale; sive humano modo cognoscibilis: quod tamen nullum est si fiat ex causa rationabili; raro veniam; saepius mortale, si absque ulla causa. Ratio, quia aut nullum facit sacramentum, aut dubium, aut validum quidem, sed non sine nugatione in re gravi. — Vide Bonacina⁵, Suarez, Coninck, etc., scholasticos ».

Quaeritur 1^o. An sit validum sacramentum collatum sub conditione?

Si conditio est de praeterito vel de praesenti, sine dubio, verificata conditio, sacramentum est validum. Ita communiter Suarez⁶, Laymann⁷, Continuat. Tournely⁸; Palau⁹ cum Coninck, Bonacina, etc. — Si vero conditio sit de futuro, nullum quippe est sacramentum collatum; ut Tournely¹⁰, cum Busenbaum et aliis, ut supra, communiter. Ratio, quia, ut sacramentum valide conferatur, forma est applicanda materiae praesenti; alias haberetur effectus sacramenti, quando forma et materia jam desierint adesse.

An autem valide absolveret confessarius sic dicens: Absolvo te, si Deus cognoscit quod restitues? — Affirmant Viva¹⁰, et Herinckx, Arriaga et Bernal, apud Croix¹¹, qui id valde probabile putat; quia (ut dicunt) tunc jam apponitur conditio de praesenti, cum Deo omnia futura sint nota. — Sed huic opinioni rectius contradicunt [Contin.] Tournely¹², Concina¹³; item Coninck, Aversa et Dicastillus, apud

Item, sub conditione de homini integrata.

Sub conditione de futuro, nullum.

Facit vera Ecclesia». — Filliuccius omittit illum qui nolit conferre gratiam.

26. — ^{a)} Dicastillus, tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 3, dub. 7, n. 144 et 146, ab opinione ceterorum non dissentit.

^{b)} Cont. Tournely, loc. cit., concl. 1, ita docet de conditione libere futura.

Croix¹. Ratio, quia, cum Deus commiserit administrationem sacramentorum cognitioni et voluntati hominum, nequit apponi conditio quae non possit cadere sub humana cognitione.

27. - Quaeritur 2^o. *An sit licitum conferre sacramentum sub conditione?*

Quoad sacramenta characterem imprimenter, certum est apud omnes licitum esse. Et patet ex cap. 2, de bapt., ubi dicitur: *De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizantur his verbis praemissis: Si baptizatus es, non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo.* — Et quamvis Jueninus² et Tournely³ asserant, ante saeculum octavum non haberit mentionem in Patribus et conciliis predictae formulae conditionatae; tamen docet Summus Pontifex Benedictus XIV in suo doctissimo libro *de Synodo*⁴, ex eo non recte inferre Natalem Alexandrum, non fuisse in usu in collatione sacramentorum conditionem apponi; nam asserit ex constanti Ecclesiae praxi satis probari oppositum. Tantum (ait) in saeculo octavo conditio illa^a, quae prius mente detinebatur, exprimi coepit.

28. - Communiter autem dicunt doctores etiam *alia sacramenta* posse conferri et reiterari si justa causa adsit. Ita Suarez⁵, Palaus⁶, Roncaglia⁷, Habert⁸, Salmant.⁹; Bonacina¹⁰ cum Sà^a, Coninck^a, Henriquez, Reginaldo, etc. communiter; et non dissentit [Contin.] Tournely¹¹: — contra Juenin^b, et Antoine¹²

¹ Lib. 6, part. 1, n. 81. — ² Comm. de Sacram., dissert. 1, qu. 3, cap. 5, art. 1. — ³ Praelect. de Sacram. i. g., qu. 1, art. 4, v. *Quaeres* 2. — ⁴ Lib. 7, cap. 6, n. 1. — *Nat. Alex.*, Histor. eccl., saec. IV, cap. 4, art. 12. — ⁵ Disp. 13, sect. 3, v. *Dico* 3. — ⁶ Tr. 18, disp. unic., punct. 5, n. 7. — ⁷ Tr. 16, cap. 4, qu. 6, resp. 3. — ⁸ Tr. de Sacram. i. g., cap. 12, qu. 2, resp. 2. — ⁹ Tr. 1, cap. 7, num. 56. — ¹⁰ Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, n. 20. — *Henriq.*, lib. 1, cap. 10, n. 7. — *Regin.*, lib. 26, n. 39. — ¹¹ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 3, concl. 2, v. *Dubium est*. — ¹² De Sacram., cap. 2, qu. 3, resp. 2, v. *Nota*. — *Suar.*,

qui ait, tantum in sacramento Baptismi id licere, quando adest prudens dubium de ejus valore (Vide dicenda *de Bapt.*, n. 136, *Qu. 1*): in aliis vero putat non licere, nisi in necessitate.

Sed nos *prima* sententiae subscribimus; cum conditio, justa causa accidente, omnem reparet irreverentiam sacramenti. — Diximus: *justa* (sive rationabili) *causa accidente*; ut loquuntur Suarez, Palaus, Bonacina, Salmant.¹³, Roncaglia¹⁴, item Croix¹⁵, Elbel¹⁶ et Sporer¹⁷. Nam commune est cum praefatis auctoribus (contra aliquos), esse peccatum mortale ministrare sacramenta si non adsit causa necessitatis vel gravis utilitatis: illicitum est enim sine tali causa sacramentum conferre cum dubio effectus.

Licium autem est, ut dicunt Suarez^c, Roncaglia, Bonacina, Salmant. et alii communiter, confessario prudenter dubitant absolverit poenitentem absolvere sub conditione. Et idem dicunt [Contin.] Tournely¹⁸ et Mazzotta¹⁹, quando absolvendus est puer de quo dubitatur an compos sit rationis. — Si quis autem judicans poenitentem esse dispositum, eum sub conditione absolveret, dicens: *Ego te absolvo si dispositus es*; recte dicunt [Contin.] Tournely²⁰ et Salmant.²¹, quod is non peccaret mortaliter, sed non excusaretur a culpa veniali, cum hoc esset contra ritum Ecclesiae. Idem ait Croix²² de eo qui sine rationabili causa repeteret unum verbum vel syllabam formae.

loc. cit. — *Palaus*, loc. cit., n. 7. — *Bonac.*, loc. cit., n. 20. — ¹³ Loc. cit., num. 56. — ¹⁴ Loc. cit., qu. 6, resp. 3. — ¹⁵ Lib. 6, part. 1, n. 128 et 129. — ¹⁶ De Sacram. i. g., confer. 2, n. 51. — ¹⁷ Part. 1, cap. 2, n. 97 et 129. — *Roncaglia*, loc. cit., resp. 3. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 20. — *Salmant.*, tr. 6, cap. 3, num. 22. — ¹⁸ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 3, concl. 2, v. *Dubium*. — ¹⁹ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 2, v. *Dico* 2. — ²⁰ Loc. cit., punct. 3, § 3, concl. 2, v. *Immo peccaret*. — ²¹ Tr. 1, cap. 7, n. 57. — ²² Lib. 6, part. 1, n. 129.

27. — ^a) In Baptismi collatione apposita. 28. — ^a) Coninck, quamvis hic a Bonacina citetur, id non habet, qu. 64, n. 77; Sà autem, v. *Sacramentum*, n. 10, scribit tantum: « Forma sacramenti potest iterari cum dubitatur an dicta sit ».

^b) Juenin, *Institut.*, part. 8, dissert. 1, qu. 4, cap. 5, concl. 2, non est absolute contrarius; dicit enim: « A centum abhinc annis

in aliquibus locis usus formae conditionalis invaliduit etiam in aliis a Baptismo, Confirmatione et Ordine sacramentis ». Nec Juenin reprobat usum istum.

^c) Suarez non satis accurate hic citatur a Bonacina; etenim, disp. 13, sect. 3, v. *Dico* 3, negat solum in genere apponi posse conditionem in sacramentis, « sine causa vel necessaria vel probabili ».

In necessitate, sacramentum sub conditione cum materia dubia.

29. — Certum autem est quod casu quo adest extrema proximi necessitas, et non habeatur materia, nisi dubia, tunc minister non solum potest, sed tenetur sub gravi sacramentum ei ministrare sub conditione^a; ut docet Lugo¹ cum Suarez, Vaszquez, Coninck, Cajetano^a, Silvio et communi apud Viva². (Vide dicenda n. 103, v. *Et hic sedulo, et de Poenit.*, n. 480). — Advertit tamen Lugo³, quod si postea certa habeatur materia, et locus erit, repetendum est sacramentum sub conditione, si forte primum invalidum fuerit; et idem ait Croix⁴ cum Tamburinio, Gobat, etc. Intellige hoc de sacramentis non iterabilibus, ut Baptismo, Confirmatione et Ordine.

Notandum praeterea quod si sacramentum sit ministrandum sub conditione, nullatenus requiritur ut conditio ore ex-

¹ De Sacram. i. g., disp. 8, num. 140; cfr. de Poenit., disp. 17, n. 87 et 88. — *Suar.*, de Poenit., disp. 23, sect. 1, i. f., v. *Atque ex hac*. — *Vasq.*, de Poenit., qu. 91, art. 2, dub. 1, n. 38. — *Coninck*, opusc. de Absolut. moribundi, n. 64. — *Silvius*, Suppl., qu. 9, art. 2, quaer. 5. — ² Append. ad propos. damn., de Absolut. moribundo impertienda, § 11, v. f. — ³ Resp. mor., lib. 1, dub. 1, num. 10 et seqq. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 123. — *Tambur.*, lib. 1, de Sacram. i. g., cap. 1, § 1, n. 12; cfr. § 3, n. 1. — *Gobat*, tr. 2, n. 363, 371 et seqq. — ⁵ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, num. 138.

29. — ^a) Plerique ex his auctoribus de solo sacramento Poenitentiae loquuntur, in casu scilicet quo moribundus sensibus destitutus est; praeterea alii volunt conditionem apponendam esse, alii vero conditionem non requirunt. — Denique Cajetanus, *Sum.*, v. *Ab solutio peccatorum*, § *Circa appositionem*, dicit licitam esse conditionis appositionem.

^b) Moya et Escobar, *locis cit.*, tractant de absolutione impertienda moribundo sensibus destituto. — S. Alphonsus in suo ultimo *Elencho quaest. reformat.*, qu. 17, quaestionem hanc ita concludit: « Sed quia non desunt

primator; sed sufficit mente concipi. Ita [Contin.] Tournely⁵, Roncaglia⁶ cum Palaus, Gobat, etc., apud Croix⁷, ubi Moya hoc asserit commune, et Escobar putat certum^b). — Quando vero publice confertur Baptismum dubium, rationabiliter dicit [Contin.] Tournely⁸, conditionem exprimendam^c, ne adstantes credant Baptismum absolute reiterari contra legem Ecclesiae.

Utrum autem peccaret mortaliter is qui sine necessitate plures simul baptizaret vel absolveret sub una forma? — Affirmant Scotus, Gabriel et Coninck, apud Croix⁹. Sed negat Croix^d cum Valentia, Henriquez^e, Reginaldo, Dicastillo et aliis; quia non videtur haec notabilis mutatio. Omnes tamen dicunt quod is non excusaretur saltem a veniali. — Vide de *Ministro Baptismi*.

⁵ Item, in aliis ex justa causa.

punct. 3, § 3, concl. 3. — ⁶ Tr. 16, cap. 4, qu. 5, resp. 1. — *Palaus*, tr. 19, punct. 13, n. 12. — *Gobat*, tr. 7, n. 271; cfr. tr. 2, n. 411. — ⁷ Lib. 6, part. 1, n. 83. — *Moya*, tr. 3, n. 38. — *Coninck*, opusc. de Absolut. moribundi, n. 64. — ⁸ Loc. cit., concl. 3, i. f. — *Scotus*, in 4, dist. 6, qu. 2, v. *De 3 membro*. — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 6, qu. 1, art. 2, concl. 7. — *Coninck*, qu. 67, n. 52. — ⁹ Loc. cit., n. 44. — *Valent.*, in 3^{am} Part., disp. 4, qu. 8, punct. 2, sub init. — *Regin.*, lib. 27, n. 49. — *Dicast.*, tr. 2, de *Bapt.*, disp. 1, dub. 6, num. 138.

autores aliqui..., qui tenent (licet parum probabiliter) valorem sacramenti non pendere ab intentione ministri, sed tantum ab ipsa collatione sacramenti serio peracta, tutius est conditionem etiam verbis exprimere».

^c) Contin. Tournely dicit: « quandoque exprimendam videri, ne minister Ecclesiae legibus deesse creditur.

^d) Croix probabiliorum utique hanc secundam sententiam existimat; probabilem tamen putat priorem.

^e) Henriquez, lib. 2, cap. 12, n. 3, de validitate loquitur.

In Baptismo dubio publice collato, exprimentia.

Plures absolvere, etc. una forma sine necessitate, veniam.